

LIBERTAS AQUILÆ
TRIUMPHANS,

Sive:

De Jure quod in Imperium
Regi Galliarum nullum
competit

SCHEDIASMA

*Nuperis AUBERII Parla-
menti Parisiensis Advocati impugna-
tionibus oppositum,*

à

NICOLA O MARTINI

In Academ. Kil. Polit. Prof.





FRANCOFVRTI

Apud CHRISTIAN. GERLACHIUM,




SIMONEM BECKENSTEIN.

ANNO M DC LXVIII



*SUMME REVERENDO AC
PERILLUSTRI
DOMINO, DOMINO
JOHANNI ADOLPHO
KIELMANNO
à KIELMANSECK,
Satrupholmii, Obdorfii & Kronshagæ
Domino, Collegii Canoniorum apud
Hamburgenses
PRÆPOSITO,
SERENISSIMI CIMBRORUM
DUCIS CONSILIARIO
PRIMARIO,
Regiminis ac Camerae PRÆ-
SIDI, in Tritovv, Morfirchen &
Reinbec PRÆFECTO,
*Domino ac Mæcenati suo Maximo
perpetuam felicitatem!**

Augustissimorum Ger-
manici Nominis Impe-
ratorum & potentissimorū
a 2 Impe-



PARTIS PRIMÆ

CAP. I.

De Prætensionibus in genere.

§. I.

DE Jure quod in Imperium Gallis eorumque Regi nullum competit, accuratius paulo tractaturus, neque possum neque volo vestigiis Autoris inherere, partim quod nihil suo, sed tumultuario ordine tradat, tum verò quod multa passim infarciat, quæ siquidem penitus rem quis inspiciat, parum, aut ut id quod res est, dicam, nihil prorsus ad præsens quidem negocium faciunt, quod vel libri primi caput primum cum cura legenti, non poterit non manifestò deprehendi. Nam ut ex ungue leonem dignoscas, quid istæ de Parisiorum Urbe, Clodovæi ad Christianismum conversione,